



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Decimum instrumentum nulla occasionis exercitandæ virtutis omiſſio. Cap.  
4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

turis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti.] Nam quamvis spiritualis anima, in solitudine amicorum & rerum, quæ ei placebant, sua conuersatione resideat, quamvis ascensionis difficultatem, ex vita distracta & libera ad vitam perfectam & Euangelicis consiliis additam, sentiat, tamen ibi ex feruore canet, & non tristis, sed læta iter hoc peraget, & per vias mortificationis duras exultanter incedet. Id quidē meritō, quoniam salutem & salutem, non iam corporis, sed sui ipsius, & salutem non aliquando desituram, sed semper mansuram, inquit. Pastores Bethleem audito huius salutis aduentu, ad eam cum magna auditate properant, & ideo digni facti sunt eam inuenire, videre oculis, brachiis astringere, & suauissimo amore complecti. Venerunt, inquit, festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Primō festinant, deinde inueniunt, quia festinandum nobis est, & ingenti feruore properandum, ut hanc salutem magnam inuenire possimus. Et ideo fortē nonnulli querentes, inquit Beda, inuenire non merentur, quia desidiosē Christum requirunt. Quasiuit aliquando sponsa hanc salutem tepidē, & minimē inuenit, surrexit, desiderium excussit, feruorem concepit, & statim transcurtis vigilibus eum quem cupierat, meruit inuenire. In lectulo meo, inquit, per noctes quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. Quamobrem, o anima, Deo consecrata, tuum sponsum ac tuam salutem non inuenis, nisi quia in frigore nocturno, & in desidia lectuli quæris: Si illum in feruore dici, & in itinere sanctarum actionum quæsiuisses, utique illum post non multum temporis inuenisses. Surgam, ait, & circuibō ciuitatem per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea. Hæc resurrectio, qua à torpore surgis, hic circuitus, quo per feruorem vniuersa lustras, & nullum non lapidem moues, ut profectum inuenias, indicium magni boni est. Denique tu ipsa testis es, quia, postquam occurristi vigilibus, id est, Prælati, ex quorum ore rationem proficiendi audisti, & cum quibus tua desideria contulisti, statim inuenisti quem diligis.

Necessaria est ergo intenta sollicitudo, necessarius est feruor in virtutum actionibus collocandus, ut ad augmentum earum, & ad optatam salutem, in Christi perfecta imitatione positam, veniamus. Nam & sapienter dixit Chrysostomus: Opus est vigilantia dilecti. Nam & miles dormit, non in lecto sed humi; piscator non dormiens piscatur, sed stans aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet vigilantiam, ne domini vinea lædatur. Et pastor sub dio stans, noctem consummat, gregem custodiens, sicut Jacob dicebat: Futardens ætu per diem, & gelu per noctem, & somnus recesserat ab oculis meis. Et quæ ipsius vigiliæ ratio? Ne vlla ovis fera captiua fieret. Si verò rãta de irrationali pecude cura, qualem esse decet de rationali anima sollicitudinem gerentis: anima, inquam, omnium preciosissima, nec æquitalem totum pariter orbem habente, quæ simul nobiscum refurgit, pariterque defenditur, & diuino tribunali simul assiluit. Hæc ille. Curemus igitur diligenter salutem animæ nostræ, & cum magna sollicitudine eam virtutum donis exornemus: sciamusque hoc esse instrumentum virtutis assequendæ præcipuum, eius diligentem assiduamque exercitationem, & iuxta virtutum rationes, & regulas humanæ conuersationis institutionem. Qui vult igitur virtutes acquirere, quæ sitas augere, auctas vsque ad perfectionem prouehere, frequenter, quoad fieri possit, in actiones earum, tum exte-

riores tum interiores, incumbat. Eas omnibus numeris absolutas eliciat, feruidē & tranquillē præstet, ita scilicet ut nec immoderatus feruor anxietatem & distractionem inferat, nec internæ tranquillitatis cura feruorem imminuat. Ac tandem his actionibus virtutum inhæreat, quæ propriæ sunt vocationis suæ, ut sic Dei voluntati, has actiones primo loco poscēti, se accommodet, & inueniatur in eo, ad quem vocatus est, statim, perfectus.

Decimum Instrumentum, nulla occasionis exercendæ virtutis omisso.

CAPVT IV.

**H**oc argumentum de occasionibus proficiendi captandis, supra à nobis pro necessitate materiæ explicatum est, sed quod tunc in quadam generalitate diximus, nunc ut instrumentum assequendarum virtutum, sicut re vera est, ad easdem applicamus. Curæ autem nobis erit, nihil repetere, sed quanta sit instrumenti huius utilitas, & quis vsus adhibitis nouis rationibus confirmare. Non satis est igitur, utcumque exercere virtutes, ut earum possessores simus, sed occasiones nobis oblata eliciendi virtutum actus, omittendæ non sunt, & si non offerantur, auide queritandæ. In rebus enim humanis necessarium id esse, omnibus attentè considerantibus compertum est. Nam & dux belli, si occasionem hostem vincendi polthabeat, solet ab eo vinci, & miles in congressu cum alio, nisi tempestiuè se tueatur, & ictum repellat, occiditur: & mercator si tempora emendi vendendique peruertat, non minimum suæ substantiæ detrimentum experitur. Sic & in rebus spiritualibus homo, si occasionem virtutem exercendi prætermittat, quam vult acquirere, aut vulnus vitij contrarij patietur, aut damno profectus amissis tristabitur. Quantum autem sit damnum, hoc experta fuit sponsa, quæ, quia sponso celeriter non aperuit, eius suauissimo amplexu mansit orbata. Copiam ingrediendi aliquando fecit dilecto suo: Nam pessulum, ait, ostij mei aperui dilecto meo. Sed quia non tempestiuè aperuit, & occasionem admittendi sponsum perdidit, ipsius etiam aspectum, alloquium, & amplexum amittit. Denique ipsa tardè & morosè aperiente, ille declinauerat, atque transierat. O lamentabile detrimentum, discessisse sponsum, & animam, quia oblata occasione non vsa est, solam ac desolatam fuisse relictam! Venit sponsum ad nos, cum nos ad opera humilitatis, charitatis, & obedientiæ vocat. Ingressum ei negamus, cum occasiones harum ac similiarum virtutum, ab eo datas, negligenter prætermittimus. Pessulum tollimus, cum importunitis inspirationibus tacti de elapsa occasione rectè operandi dolemus. Tunc tandem aduertimus illum simul cum occasione virtutis exercendæ contempta transiisse, & ab habitaculo mentis nostræ, quod ob negligentiam nostram meritō ille vacuum reliquit, ad alium fratrem sedulum & strenuum, qui virtutem exercuit, declinasse. Quis hanc iacturam non doleat? Quis tantam ofitandiam non debeat, ob quam meritum gratiæ, & præmium gloriæ videt ereptum? Homines huius sæculi acerbissimè desent, si occasionem discedendi, aut dignitatem quampiam acquirendi, è

manibus

Luca 2.  
16.

Beda. ib.

Cant. 3.  
1.

Cant. 3.  
2.

Chrysost.  
hom. 22.  
ad populum  
An-  
tiochenū.

Gen. 31.  
49.

Cant. 5.  
6.

manibus elabi sinant, & nos non dolebimus si mille occasiones animas virtutibus ornandi & ditandi perdamus? Hoc indicium stultitiæ, & dementiæ est. Sapientes namque cum tempora elapsa considerant, & quanta bona perdidissent, quo tempore sapientes non erant, evoluunt, hanc pristinam insipientiam damnant, & de cætero se ad rescicienda damna præterita in occasionibus proficiendi emergentibus roborant. Da sapienti occasionem, ait Salomon, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere.] Nam sapientes occasiones discendi non perdit, si autem perdat, satis exiguum cogitationis rerum consequetur: & iustus, si anam se amplius iustificandi sit nactus, eam non omittit; si autem omittat, non usque ad magnum profectum in virtute solidabitur. Sapiens ergo proficiendi occasiones arripit, quia in illis sapientiæ & virtutis augmentum collocatum videt. E contra stultus eiu modi occasiones inuerecundè contemnit, ex quibus alius gloriam, ipse verò confusionem decerpit. Et fortè idem Sapiens hoc indicat, dicens: Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati in enarrabilia verba. Compedes in pedibus stulto doctrina, & quasi vincula manuum super manum dextram.] Nam quæ rogo est stulti sapientia, scientia & doctrina, nisi oblata occasio discendi, & se actione alicuius virtutis ornandi? Si enim fatuus, & insensatus, & stultus est, alia sapientia præter occasionem discendi, & virtutem augendi caret, qui fatuitatem, & insensibilitatem, & stulticiam sapientiæ contrariam habet. Hæc occasio in eo est tanquam domus exterminata, quia eam verem destructam, & nulli vti aptam pro nihilo ducit: est verbum inenarrabile, quoniam licet occasionem videat, tamen quoad praxim quasi illam non intelligit: est quasi nexus super manum dextram, qua solemus operari, quia eo ipso quoddam timore, aut tepore correptus, prætermittit, deinceps se magis morotum, & difficilem, & quasi vincum ad bonum opus sentit.

Occasiones exercendi virtutes, non dubium quin occasiones sint augendi virtutes, & gratiam & amplio rem gloriam comparandi, sicut occasiones peccatorum patrandorum, sunt quasi semina iniquitatum atque acerbiorum penarum. Si ergo peccatores occasiones peccandi, & in intolerabiles penas incurrendi non perdunt; quare iusti occasiones merendi & augendi sollicitatem amittunt? De illis in Proverbiis dictum est: Os impiorum deorat iniquitatem.] Quia sicut famelici impleri cibis desiderant, & oblatam occasionem comedendi & se exatiandi nequaquam prætereunt; ita peccatores impurissimarum voluptatum avidi, opportunitatem se mergendi in eis non prætermittunt. Et tamen hi si cum Dei amicitia fidem deserant, ob momentaneam voluptatem, æternam penam sibi conciliant non ignorant. Si id de impiis dicitur, de iustis dicatur, quia cupiunt iustitiam, sicut sitibundi fontes aquarum: quam sese per occasiones offerentem avidissime bibunt. Cuius haustu non post modicum refrigerium ardorem penæ sicut mali, sed post refrigerium quietæ conscientia nunquam desituram lætitiæ consequuntur. Illorum sollicitudo in peccando malis perpetuis multabitur. Nam ut est in Psalmo: Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit.] Videbit seipsum, cui comminatur Dominus: Arguam te, & statum contra faciem tuam.] Videbit quam malum & amarum est, reliquisse se Dominum Deum suum, & non esse timorem eius apud se.] Vi-

**A** debet suam in peccando diligentiam iustissime castigatam, quam demones nunquam interrupta in puniendo diligentia repensant. Ita autem videbit deformitatem suam, iniquitatem suam, & acerbiter penæ sibi irrogatæ, ut non alij nisi sibi metipsi irascatur, & in semetipsum indignationis arma converteret, quia diligenter suos cruciatus quaerit, & mortis occasiones captavit. Dentibus suis fremet, & tabescet, quoniam tempore penitentia in peccatis ex acto nihil aliud superest, nisi absque emolumento flere, & sine remedio gloriam amissam recuperandi plorare. Sicut enim pluvia nimis serotina, & intempetivè cadens è celo, nihil prodest segetibus iam arefactis, & emortuis; ita lacrymæ post hanc vitam, id est, post locum salutaris penitentia, profusæ nihil proderunt eluendis peccatis in vita commissis. Quod in Esau manifestè monstratum est, de quo inquit Paulus: Quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatu est: non enim invenit penitentia locum, quoniam cum lacrymis requisisset eam.] Denique desiderium peccatorum peribit, cum transierint omnia tanquam umbra, ait Augustinus, cum sceno arefcente, flos decidet. Verbum autem Domini, quod manet in æternum, sicut falorum beatorum vanitate derisum est; sic eorumdem verorum miserorum perditioni superidebit.] Hæc peccatores sciunt, non tamen considerant, nec recogitant, & ideo præsentem occasionem iniquitatis amplectuntur, licet videant eam æternæ penæ coniunctam. Quid faciant iusti in exercendarum virtutum occasionibus arripendis, quas æternum præmium subsequetur? Horum certè diligentiam in accipiendo opportunitatem abnegandi seipsum, & in cura virtutes sectandi, misericors Dominus larga benedictione donabit. Qui post labores eorum præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.] Quare præinctus seruis suis iam gaudetibus, & dominis factis astat; nisi ut ab his, qui omnia impedimenta sui obsequij receperunt, omnia etiam impedimenta gaudendi remoueat? Et quare transit, & ut diligens architectus inter conuiuas huc illucque discurret, nisi ut sua sedulitate in lætificando eos, ipsorum in famulando præteritam sedulitatem significet? Quis ergo amator iustitiæ sinet se in solitudine à peccatoribus vinci? Quis eorum solertiam in perspicendis occasionibus voluptatum, & in eis arripendis videat, & occasiones meritum & augendum virtutum non arripit?

**B** Næc solum peccatores, sed vniuersæ quoque creaturæ, imò & rerum creaturarum auctor nos doceat virtutum exercendarum occasiones amplectari. Quid res creata? Nonne opportunis temporibus sine vlla mora quarunt propriæ perfectionis augmenta? Ita sanè, ut in rebus etiam inanimis aptè perspicimus. Ignis enim (ut aliquo vramur exemplo) materiam sibi proximam statim adurit; & reliqua elementa, si possunt, nulla interposita dilatione, in contraria agunt, & ea mutatione ad se trahunt, & in propriam naturam substantiamque conuertunt. Et hoc propensione semper agendi & mutandi se ipsa quasi clamant ad nos, & dicunt nobis ne ocio torpeamus, & in occasionibus augendi virtutem minime ab eius augmento cessemus. Sed quid animalia commemorem? De quibus ait Ieremias: Miluus in celo cognouit tempus suum; turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini.] Auicula, quæ nul-

Prov. 9.

Ecc. 1. 1. 2. 2.

Prov. 19. 18.

Psal. 111. 10. Psal. 49. 21. Ierem. 2. 19.

Hebr. 12. 17.

Aug. ad Psal. 111.

Luce 11. 37.

Gen. 1. 2.

Gen. 1. 2.

Ier. 8. 7.



lius momenti esse videntur, sua norunt tempora, & sine intellectu sciunt quando ad calida festinantia loca, rigorem hyemis debeant declinare: & rursus veris principio ad solitas venire regiones: & homo ratione præditus suum tempus ignorabit, & occasiones se mutandi, & calorem diuini amoris augendi præteribit? Quis non erubescat, si in pronectio- ne spiritualis boni, negligentior & auiculis inue- niatur inferior? Et illa quidem instinctu nature ductæ, apta ad mutationes locorum tempora cog- noscentes, statim occasionem noctæ à rigidis ter- rarum regionibus, in quibus vita periclitarentur, discedunt, & ad loca benigniora statim accedunt: ex quibus homo discet, non solum occasionem boni agendi præuidere, sed è vestigio eam ad vsum studi- oſæ actionis assumere. Hanc enim ab animalibus, loca mutantibus, cum tempus instat, nobis da- tam esse doctrinam, ex eo perspiciat, quod non tantum ad nostrum obsequium, sed & ad nostram eruditionem creata sunt. Ac proinde interroga- iumenta, ô homo, & docebunt te: & volatilia cæ- li, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & responde- bit tibi, & narrabunt pisces maris.] Omnia hæc, si eorum naturas, proprietates, & actiones expendas, facient te obseruata in operando opportunitate, cog- noscere, quia non deberes occasiones studiosè agendi dissimulare, & in ociositate ac desidia ma- nere.

At si nolumus ex rebus creatis, tanquam ex ancil- lis nostris, occasionum vsum accipere, saltem id ex nostro, & earum auctore discamus. Ipse, qui [ad- iutor dicitur in opportunitatibus, in tribulatione,] semper opportuno tempore nos adiuvat, & con- gruis spaciis omnia ad nos pertinentia disponit. Sta- tim ac tempus affuit, quo anima nostra creanda es- set, eam ex nihilo condidit, & corpori organis dis- posito infudit. Postquam verò nos fecit, & vsuram nobis huius lucis attribuit, eum experimur sollicitis- simum prouisorum, diligentissimum adiutorem, ac cooperatorem fidelissimum, qui omnia tum natu- ralia, tum supernaturalia pro exigentia cuiusque agit in nobis, & nunquam à volentibus operari se subtrahit. Sed illud opus præcipuum, quo genus humanum redemit, & ex inimicitia in statum ami- citiæ tranſtulit, iuxta dispositionem æternam prouid- entia suæ, quam opportuno tempore & sine vlla mora perfecit. Prophetæ hoc esse Dei ingenium agnoscentes, vt nunquam congrua suorum operum tempora præmitteret, dum opus optant, tempus iam faciendi operis instare commemorant. Do- mine, opus tuum, inquit Habacuc, in medio anno- rum, viuifica illud.] Opus, inquam, illud magnum & admirabile repationis nostræ, & misericordiæ tuæ in medio annorum, id est, tempore opportuno, præ- stabis. Viuificabis illud, vt mortem nostram destruat, & Deus moriens, nos mortuos viuificet. Et Paulus: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.] Et David: Tempus faciendi, Domine, dissipauerunt legem tuam.] Cum iam homines, inquit, se vniuersis malis dederint, le- gémque tuam adeò frægerint, vt quasi dissipatam eam reliquerint, tempus aduenisse videtur, in quo assumendo carnem, facias quod ipsi destruxerant. In hunc sensum Ambrosius pulchrè ait: Tempus est faciendi, vt si ingrauescente ægritudine alicuius incommodi, curras ad medicum, vt citius veniat, ne postea subuenire non possit. Medicus tunc amplius desideratur, cum grauis inebuerit ægritudo lan- guenti. Ergo cum videat in Spiritu sancto Prophe-

A  
ta præuaticationes populi, luxuriam, delicias, dolos, fraudes, auaritiam, temulentiam, quali pro nobis interueniat, currit ad Christum, quem solum tan- tis sciebat subuenire posse peccatis, vrget vt veniat, nec patitur fieri moras. Tempus faciendi, inquit, Domine, hoc est, vt pro nobis crucem ascendas, mortem subeas. Totus in periculum vltimum mun- dus vrgetur, veni vt tollas peccata mundi, veniat vita morientibus, veniat resurrectio iam sepultis. Factum tuum subueniat, quoniam nec præcepta tua prodesse potuerunt. In lege præceptum est, in Euangelio mysterium. Cæcus omnis populus pro- prium non videbat auctorem. Claudus erat mun- dus, & turbante vestigio fidei, fluctuabat. Non erat qui malagma imponeret, neque oleum, neque alli- gaturam. Omne patrimonium suum in medicis erogauerat mulier illa Evangelica, speciem habens congregationis humanæ, quæ coibat ex gentibus, cui nec fluentem sanguinem, & inueteratæ passio- nis lethale profluium poterant sæculi huius medi- ci restringere. Principis populi posteritas interie- rat, & omnes occiderant huius hæredes. Videns hæc Propheta dicit ad Christum: Tempus faciendi, Domine: Non iubendi, inquit, sed faciendi, quia non legatus, neque nuntius, sed Dominus saluatu- rus erat populum suum.] Hæc ille. Quod autem Dominus in primo opere ac præcepto obseruauit, vt illud opportunè faceret, idem omnino in reli- quis operibus, ad nostram salutem & eruditionem pertinentibus, custodiuit, vt scilicet occasionem operandi nequaquam perdidit. Et fortè id signifi- cavit illis verbis dictis ad virginem: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.] Non- dum, inquit, opportunitas adest ad parandum mi- raculum, quia defectus vini omnibus patens expe- ctandus est, vt in me latens diuina virtus appa- reat. Sed cum primum tempus opportunum ad- uenerit, sine cunctatione adiutor adero, & vt om- nes exhilarem, & potem, aquam in vinum con- uertam. Sat scio, non erubescemus creatorem nos- trum in magistrum perfectionis accipere. Ergo si- cut ille semper occasiones benefaciendi nobis na- ctus est, ita & nos occasiones illi seruiendi, & no- bis benefaciendi nanciscamur. Quia oportet mag- istri suscipere monita, & imitari exempla, si hanc cœlestem philosophiam, quam ipse docuit, optamus adire.

D  
Tempus huius vitæ nobis concessum, valde pretiosum est, quoniam occasionibus meritum, & spiritualis profectus augendi plenum est. Quod si stultum ducimus, gemmas aut aurum glebas per- dere, quare stultum non erit, si tempus multo pre- tiosius & desiderabilius perdamus? Quid pre- tiosius tempore? inquit optimè Laurentius Iusti- nianus? Quid, quæso, illo fructuosius? Quid carius? Quid excellentius? Quidue amabilius? Sed, proh dolor! peccata ab omnibus nihil habetur. vi- lius, nihil tractatur inutilius, nihil indignius pos- sidetur: Nullum temporis momentum præterit, in quo merita non valeant cumulari æterna. Cæ- tera, quæ habemus in mundo à nobis aliena sunt, tempus autem propriè nostrum est, si ta- men illo vitmur ad salutem. Illud siquidem diuina nobis clementia contulit ad plangendum errata, ad penitentiam faciendam, ad promerendâ indulgentiam, ad virtutes acquirendas, ad multiplicanda me- rita, ad vendicandam gratiam, ad inferni supplicia euadenda, & ad æternam gloriam consequendam.] Sic ille. Si ira se res habet, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Quisque verò no-

Job. 12. 7.

Psal. 9. 10.

Habac. 3. 2.

Galat. 4. 4.

Psal. 118. 126.

Ambrosius ad Psal. 118. ser. 16. v. 6.

Ioan. 4.

Ioan. 4. c. 10.

Galat. 6. 10.

strum vnus est omnium; qui profecto non operabitur bonum ad omnes, si dum aliis opportunè prodest, sibi ipsi proficiendi occasiones omittit. Præmiserat autem idem Paulus: Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus, non deficientes.] Annon volumus congruo tempore æternitatis præmia metere? Sed id non fiet, nisi congruo tempore seminemus. At quis congruo tempore merita seminaret? Ille quidem, qui in occasionibus proficiendi virtutes iam adeptas, & dona suscepta per studiosas actiones augmentat. Sapiens autem ad idem horratur, dum ait: Bonum est, te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam, quia, qui timet Deum, nihil negligit.]

Eccl. 7. 19.

Est, ac si dixisset, iustus & peccatoribus te beneficium præbe; si non poteris illis benefacere; quod per se melius est, ad istos beneficentiae fructus extendere; nullam occasionem augendi merita, spernas, non maiorem, non minorem, quia timore Dei affectus, nullam nec minimam occasionem proficiendi negligit. Huius rei in Paulo manifestissimum habemus exemplum; qui loquens de Euangelio, quod prædicabat, ait: In quo, id est, propter quod Euangelium disseminandum, laboro vique ad vincula, quasi malè operans, sed verbum Dei non est alligatum.] In carcerem, inquit, coniectus sum, & compeditus, catenisque constrictus; at linguam, Dei beneficio, habeo solutam, qua omnibus ad me accedentibus Euangelium annuntio, & nullam occasionem charitatis exercendæ prætermitto. Habemus & exemplum in Ioanne Baptista, qui audiens in vinculis opera Christi, ex his rumoribus ad se delatis occasionem illum manifestandi statim arripuit. Misitque discipulos suos, vt eum interrogarent: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et occasione huius interrogationis ipsum agnoscerent. Habemus & in Stephano, qui coram Iudeis ad examen adductus, & nuntiis mortis circumseptus, intuens in caelum, & videns gloriam Dei, & Christum stantem à dextris virtutis Dei, statim ab eius gloriæ manifestatione non destitit. Hos viros sanctissimos, & alios, qui eandem viam ingressi sunt, imitemur; & occasiones aut manifestandi gloriam Dei, aut nos ipsos perficiendi non omittamus: Ecce, o vir iuste, tempus acceptabile, in quo scilicet Deus ad meritum actiones studiosas acceptat. [Ecce nunc dies salutis,] in qua nempe multiplex occasio operandæ salutis offertur: ne hoc tempus acceptum, & hanc diem salutarem perdas, qua transacta, nulla erit dies, quæ ad augendum meritum concedatur. Iurauit enim Angelus in Apocalypsi per viuentem in sæcula seculorum: Quia tempus non erit amplius.] Ante quam tempus tibi pereat, & dies æternitatis adueniat, diuitias meritum in omni occasione benefaciendi congrega, quas tunc sine vlla imminutione possideas.

1. Tim. 3. 9.

Ita autem ratione occasiones proficiendi, & virtutes augendi non perdes. Ora enim Dominum, vt oculos mentis tibi, ad cognoscendas huiusmodi occasiones, aperiat. Plurimæ enim occurrunt, quas non agnoscis, quia distractus viuus, & ideo sine fructu labi permittis. Roga etiam illum, vt tui ipsius, in occasione benefaciendi positi, cor sua vocatione tangat, & sicut illi placitum fuerit, ad opus alliciat. Neque enim homo faciet, nisi Deus incipiat; neque respondebit, si Dominus antè non pulset. Pete deinceps, ne suæ vocationi tua proterua & dura voluntate resistas, quia valde absurdum est, si in occasione meriti positus, & ad meritum vocatus & adiutus, tanto bono vacuus maneat. Fidens autem,

Matth. 21. 3.

quia Dominus, quod ad se pertinet, faciet, tu quod ad te pertinet, strenuè ac diligenter facies. Mercator igitur imitaberis, qui in introitu suæ officinæ stat, aut sedent, & omnia attentè perlustrant. Si quem videant ad emendum aliquid venientem, statim obtuiam ei progredunt, pallium illius apprehendunt, mercium suarum bonitatem exaggerant, & ad emendum inuitant. Si debitorem transeuntem aspiciant, extemplo illum accersunt, debitum petunt, solutionem extorquent, de mora in soluendo conqueruntur, & saltem ad certum diem nouam solutionis sollicitationem accipiunt. Si creditor accedat, si possunt, absque vlla cunctatione se abscondunt; si non possunt, mille excusationes prætendunt; necessitates domus familiarique exponunt, supplicationes addunt, & dilationem exposcunt. Quid si aliquis suspectus adsit, à quo vel furtum suarum rerum, vel dolum, vel damnum timeant, quanta cura sibi cauent, vt iniuriam propulsent, & detrimentum euadant? Breuiter, nullam occasionem se tuendi & opes augendi dimittant. O quam verum est quod [filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.]

Matth. 21. 3.

Hos huius sæculi filios in magistris quaerendæ virtutis assumè. Vniuersa, quæ possunt tibi aut damnum aut emolumentum afferre, oculis lyncæ aspicias: quæ noxia sunt, constanter fugias, quæ vitia, diligenter amplectaris, & nullum aditum ad malum, nullamque occasionem boni elabi sinas. Malum sæpe mellis dulcedine illitum est: Sed & dulcedinem ac suauitatem refutat. Bonum etiam non semel fellis & amaritudinis immersum est: Sed & amaritudinem & insuauitatem amplectitur. Hoc vnum tibi persuadeas, quia virtutis thesaurus est in omni occasione quaerendus, & vitij perditio repudianda, siue in hoc studio suauitatem sentias, siue dolorem tristitiamque percipias. Vide quia de impijs dictum est: Dissipati sunt, nec compuncti; tæntauerunt me; subfannauerunt me subfannatione; frænduerunt super me dentibus suis. Quia videlicet durissima castigatione percussus, & calamitatibus grauissimis afflicti, tanta pertinacia in malo perdurant, vt in vlla occasione à flagitijs perpetrandis non cessent, & quasi ad irrandum Deum, & ad ejus iniurias inferendas nati esse videantur. Tu è contra sancta perseuerantia in bono perisiste, nulla difficultate suborta à virtute dimouearis. Mittere Deus verba sua, & dicat de te: Hic seruus meus dissipatus est, nec compunctus, sexcentis impedimentis compeditus, & innumeris afflictionibus oneratus, virtutem sectari non cessat, & ab eo, quod sanctum, quod perfectum est, nulla ratione potest auelli. Verè honore affectus me, glorificauit me glorificatione, & frændat super aduersarios suos dentibus suis. Huic de meâ gloria curanti semper intendam, hunc me glorificantem glorificabo, & sicut ille in omni occasione mihi ministrat, ita vicissim & illum in omni occasione donis celestibus cumulabo.

Apo. 10. 7.

Undecimum Instrumentum, vite regularis sequela.

A quia Dominus, quod ad se pertinet, faciet, tu quod ad te pertinet, strenuè ac diligenter facies. Mercator igitur imitaberis, qui in introitu suæ officinæ stat, aut sedent, & omnia attentè perlustrant. Si quem videant ad emendum aliquid venientem, statim obtuiam ei progredunt, pallium illius apprehendunt, mercium suarum bonitatem exaggerant, & ad emendum inuitant. Si debitorem transeuntem aspiciant, extemplo illum accersunt, debitum petunt, solutionem extorquent, de mora in soluendo conqueruntur, & saltem ad certum diem nouam solutionis sollicitationem accipiunt. Si creditor accedat, si possunt, absque vlla cunctatione se abscondunt; si non possunt, mille excusationes prætendunt; necessitates domus familiarique exponunt, supplicationes addunt, & dilationem exposcunt. Quid si aliquis suspectus adsit, à quo vel furtum suarum rerum, vel dolum, vel damnum timeant, quanta cura sibi cauent, vt iniuriam propulsent, & detrimentum euadant? Breuiter, nullam occasionem se tuendi & opes augendi dimittant. O quam verum est quod [filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.]

B Hos huius sæculi filios in magistris quaerendæ virtutis assumè. Vniuersa, quæ possunt tibi aut damnum aut emolumentum afferre, oculis lyncæ aspicias: quæ noxia sunt, constanter fugias, quæ vitia, diligenter amplectaris, & nullum aditum ad malum, nullamque occasionem boni elabi sinas. Malum sæpe mellis dulcedine illitum est: Sed & dulcedinem ac suauitatem refutat. Bonum etiam non semel fellis & amaritudinis immersum est: Sed & amaritudinem & insuauitatem amplectitur. Hoc vnum tibi persuadeas, quia virtutis thesaurus est in omni occasione quaerendus, & vitij perditio repudianda, siue in hoc studio suauitatem sentias, siue dolorem tristitiamque percipias. Vide quia de impijs dictum est: Dissipati sunt, nec compuncti; tæntauerunt me; subfannauerunt me subfannatione; frænduerunt super me dentibus suis. Quia videlicet durissima castigatione percussus, & calamitatibus grauissimis afflicti, tanta pertinacia in malo perdurant, vt in vlla occasione à flagitijs perpetrandis non cessent, & quasi ad irrandum Deum, & ad ejus iniurias inferendas nati esse videantur. Tu è contra sancta perseuerantia in bono perisiste, nulla difficultate suborta à virtute dimouearis. Mittere Deus verba sua, & dicat de te: Hic seruus meus dissipatus est, nec compunctus, sexcentis impedimentis compeditus, & innumeris afflictionibus oneratus, virtutem sectari non cessat, & ab eo, quod sanctum, quod perfectum est, nulla ratione potest auelli. Verè honore affectus me, glorificauit me glorificatione, & frændat super aduersarios suos dentibus suis. Huic de meâ gloria curanti semper intendam, hunc me glorificantem glorificabo, & sicut ille in omni occasione mihi ministrat, ita vicissim & illum in omni occasione donis celestibus cumulabo.

C Undecimum Instrumentum, vite regularis sequela.

D VANTAE vtilitatis sit, ad virtutes assequendas vite regularis sequela, quam quisque vitæ spiritualis proficetur, facile intelliget, qui eam diligenter fuerit, aliquando sectatus. Est enim hæc vita expultrix vi-

Luc. 16. 8.

Psal. 34. 16.

Undecimum Instrumentum, vite regularis sequela.

CAPUT V. Vnde sequitur.

VANTAE vtilitatis sit, ad virtutes assequendas vite regularis sequela, quam quisque vitæ spiritualis proficetur, facile intelliget, qui eam diligenter fuerit, aliquando sectatus. Est enim hæc vita expultrix vi-

